

Des Johannes von Jerusalem Brief an den albanischen Katholikos Abas.

Aus dem Armenischen übersetzt von

P. Aristaces Vardanian.

Priester der Mechitharistenkongregation.

Der folgende Brief, den ich als ein für die an das chakedonensische Konzil sich anschließenden Streitigkeiten des 6. Jahrhunderts sehr wichtiges Dokument weiteren Kreisen der europäischen Gelehrtenwelt vorlege, wurde im armenischen Urtext bereits im Jahre 1896 von Karapet V. Ter-Mekertschian in der Zeitschrift *Ararat*¹ herausgegeben. In der kurzgefaßten Einleitung sagt der Herausgeber kein Wort über den äußeren Zustand oder den Inhalt der von ihm benützten Handschrift, sondern begnügt sich mit der Angabe der Nummer: Ms. 517 der Etschmiadzin-Bibliothek. Nach dem zu Tiflis im Jahre 1863 erschienenen *Hauptkatalog der Etschmiadzin-Bibliothek* von Karenian ist sie ein von einem Schreiber Vardan zusammengestelltes Sammelwerk dogmatischen Inhaltes, ein kleines „Buch der Briefe“, aus dem noch zu erwähnen wären: des Photios Brief an den armenischen Katholikos Zacharias, der Brief des Erzbischofs Johannes von Nikaia an Zacharias, Eutyches über die Differenz der Naturen, der *tomus Leonis*, die zwei Briefe „des Patriarchen von Rom“ an Grigor Tlaj usw. Dann folgt der Brief, welcher den Gegenstand der vorliegenden Veröffentlichung bildet.

Über das Leben des Verfassers berichtet uns Euagrius² nur folgendes: Ἐπὶ δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνεισὶν ἱερωσύνην μετὰ Μακάριον Ἰωάννης, ἐν τῇ καλουμένῃ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ τὸν ἄσκειον βίον ἀγωνισάμενος, μηδενὸς νεωτερισθέντος περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν. Johannes selbst nennt sich einen Nachfolger des Makarios und Eustochios; über die Abfassungszeit des Briefes aber fehlt jede genauere geschichtliche Nachricht. Nach K. Ter-Mekertschian (*Ararat*. Jahrgang 1896. S. 444) ist er zwischen den Jahren 574 und 577 geschrieben.

¹ XXIX (1896), S. 252—256.

² H. Eccl. ed. Valesius. Oxford 1844. S. 158. Vgl. auch Theophanes *Chron.* I S. 379 (im *Corpus Script. hist. Byz.* Bonn 1839).

Die historische Kunde über den Katholikos Abas (gebürtig aus der Provinz Melzizantz) verdanken wir dem armenischen Geschichtsschreiber Moses Kalankatwatzi¹. Ihm zufolge wurde Abas im Anfang der armenischen Aera (*incip.* 551 n. Chr.) zum Katholikos der albanischen Kirche bestellt, regierte 44 Jahre lang und verschied nach einem heiligmäßigen Leben, um in das unsterbliche Leben einzugehen.²

Im „Buche der Briefe“³ haben wir einen an Abas gerichteten Brief des armenischen Katholikos Johannes⁴, worin dieser den Abas ermahnt, „den orthodoxen Glauben festzuhalten, den wir empfangen haben von den drei Synoden in Nikaia, in Konstantinopel und Ephesos“ (S. 82). Zu gleicher Zeit verbreitet sich die chaledonensische Lehre in Albanien. Nachdem Abas — nach Kalankatwatzi — mit seinen Bischöfen, deren Namen im Ermahnungsbriefe des Johannes angeführt sind, dieses Bekenntnis geprüft hat, jagt er die Vertreter der chaledonensischen Propaganda als Irrlehrer aus den albanischen Gegenden weg. Unter die Vertriebenen zählt der Geschichtsschreiber namentlich Thomas, Elias, Brot und Ibas. Unzweifelhaft ist es derselbe Thomas, dessen Johannes von Jerusalem Erwähnung tut und auf dessen Wunsch er seinen Brief an Abas richtet. Vgl. unten S. 66.

Den historischen wie den dogmatischen Inhalt unseres Schriftstückes, das für die armenische Kirchengeschichte von nicht geringer Bedeutung ist, dem gelehrten Publikum allgemein zugänglich zu machen, schien mir keine unnütze Arbeit zu sein. In der sprachlichen Form meiner lateinischen Übersetzung habe ich mich möglichst eng an den armenischen Text angeschlossen, auch die Bibelstellen sind so gut, als möglich, wörtlich übersetzt. Es existiert leider nur die eine der Ausgabe von Ter-Mekertschian zugrunde liegende Handschrift. Für eine vollständige Übersetzung des Stückes genügt aber diese einzige Handschrift, weil sie einen beinahe in jeder Hinsicht befriedigenden Text bietet. Ihre in der armenischen Textausgabe unverändert gebliebenen Abschreibefehler zu verbessern, ist ja nicht so schwer. Unmöglich war es mir nur an zwei Stellen, den Sinn des armenischen Textes aufzuhehlen. Dieser hat keine Kapiteltrennung. Ich habe das Ganze in 18 Kapitel geteilt.

¹ Geschichte Albaniens, hergeg. v. M. Emin. Moskau 1866. C. II c. 4. 8. III c. 24.

² Vgl. *Ararat*. Jahrgang 1896. S. 214. Kalankatwatzi II c. 4 (a. a. O. S. 91).

³ Պիղք Թղթոյ Tiflis. 1901. S. 81—84. Vgl. noch Kalankatwatzi II c. 7 (S. 94—97).

⁴ Vgl. Ter-Minassiantz, Die armenische Kirche in ihren Beziehungen zu den syrischen Kirchen. Leipzig 1904. S. 48.

1. Sancto, pio, beato, spirituali fratri et comministro nostro Abati episcopo Albanorum a Johanne episcopo Hierosolymitanorum.

Dilectissimus Thomas, monachus monasterii beati Pانونis(?)¹, pro consuetudine, sicut a successoribus ante nos sanctae 5 sedis Jacobi fratris Domini acceperat litteras fidei et ordinis ecclesiae, ita etiam a nobis petivit et praebeuit duas epistolas concilii sine Christo in Armenia adversus sanctam ecclesiam congregati, quo se ipsos ex haereditate Christi eiecerunt: alteram, quam etiam in vestram regionem miserunt, ut in suam 10 vos illaquearent perditionem, alteram, quam constituerant regulam fidei suae impietatis. Porro idem certiores nos fecit de benigna voluntate beatitudinis tuae, bona fidei te ambulare via et operis, quod audientes gavisum sumus quam maxime. Verum audivimus nonnullos ex ecclesia tua talia frivola et 15 figmenti verba fallaciae accepisse neque sanctitatem tuam in eos impetum fecisse.

2. Num nescis in eo, qui, etiamsi omni virtute sit praeditus, aemulatione tamen careat, non esse perfectam caritatem? Caritas enim perfecta foras mittit timorem^a estque aemu- 20 latrix abundantioris erga Deum amoris sicut Phinees et Eliae,

^a I Joh. 4, 18.

¹ Im Text steht eigentlich: *Երանելոյն Պաննալանց*. Dieselbe Lesart findet sich auch bei Moses Kalankatwatzi, dem zufolge das Kloster von einem aus Albanien stammenden Mönche Panon (*Պանն*) erbaut worden wäre (Gesch. Albaniens II c. 52. ed. Emin S. 222) und bei Anastas Vardapet (vgl. Alishan *Hajapatum* I S. 176), welcher schreibt: „*Le couvent de Pande* (nach Alishan: *Pantaléon*), *nommé Saint Précurseur* (*սուրբ Կարապետ*); *situé vers l'Orient, sur le Mont des Oliviers: également bâti par donation royale, au nom de la sainte cathédrale de la ville de Valarshapat. Les Alouaniens le possèdent jusqu'aujourd'hui.*“ (*Deux descriptions des Lieux saints de Palestine*, übersetzt von Alishan. Venedig 1896. S. 25).

² Es handelt sich um die unter dem Katholikos Nerses II abgehaltene Synode von Douin (*Պուլին*) im J. 554/5. Vgl. P. N. Akinian *Petrus von Siunikh* (armen.) in *Handes Amsorya*, 1903 S. 250 f. 1904 S. 18 ff. Ter-Minassiantz a. a. O. S. 42, 46 und A. Zamin *Die armenische Kirchengeschichte* V. Nachidschevan 1908 (armen.) S. 101—105.

³ Gemeint ist der Zirkularbrief des armenischen Katholikos Johannes. Vgl. Kalankatwatzi L. II c. 7 f. und bei Ter-Minassiantz a. a. O. S. 42, 48, bezw. oben S. 38.

qui propter aemulationem Dei laudati sunt a Domino, qui ipse dixit: „Ego sum Deus aemulator; gloriam meam alteri non dabo et virtutem meam sculptilibus.“^a Itaque nos, qui ad similitudinem Dei sumus facti, aemulationem creatoris nostri oportet habere, sicut ait sanctus Paulus: „Aemulamini bona opera“^b, neque licet gloriam Dei dare Eutychi aut Eusebio aut Petro Antiocheno aut Juliano Halicarnaseo neque virtutem Dei Abdiesu Syro, qui fuit auctor perditionis Armenorum et concilii Armenorum.¹ Vide et respice, quomodo Heli eiusque stirps non fungentes sacerdotio Dei proiuncti sint a facie eius. Porro dixit: „Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter“^c et rursus de regibus Israelis: „Fecerunt rectum coram Domino, verumtamen excelsa non abstulerunt; adhuc enim populus immolabat in excelsis et adolebat incensum.“^d Reges enim permittendo populo immolare in excelsis rei erant culpaе eius. Quamobrem etiam Paulus magno timore percellens dicebat: „Mundus sum a sanguine vestro; non enim sup̄terfugi, quominus annuntiarem omnem voluntatem Dei vobis,“^e et iterum dicebat: „Videte canes, videte malos operarios,^f qui veniunt ad nos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.“^g „Canes“ nuncupavit tales propter impudentiam eorum et luxuriam; „malos operarios“: depravant enim verbum Dei; „in vestimentis ovium“, quia sub specie veritatis mala zizania operis sui ad nos usque seminaverint.

3. Quos ego anathematizavi et persecutus sum et urbs nostra unum ex Armenorum monasteriis² igne iam concre-

a Is. 42, 8.
II (IV) Könige 12, 2 f.
g Vgl. Matth. 7, 15.

b Gal. 4, 17.

c Jer. 48, 10.
e Apg. 20, 26 f.

d Vgl.
f Phil. 3, 2.

¹ Vgl. Ter-Minassiantz a. a. O. S. 47.

² Die Armenier besaßen im altchristlichen Jerusalem eine Anzahl von Klöstern. Interessant ist in dieser Hinsicht der Bericht des oben erwähnten Anastas Vardapet. „*Sous le règne de Terdate, sagt er, et sous le patriarcat de s. Grégoire l'Illuminateur, les grands princes arméniens fondèrent plusieurs couvents dans la sainte ville de Jérusalem — — voilà un total de 70 couvents fondés par les princes arméniens dans la ville de Jérusalem. — — Tous ces couvents furent établis par le saint Illuminateur, et surtout par s. Nerses (arrière*

mavit, donec oppressi ad regem confugerunt dicentes: „Persecutus est nos antistes Hierosolymitanus.“ Illius vero pietas scripsit nobis: „Bene fecisti secundum regulas causam agendo. Nam si quis talibus concederet, magis in dies hic quoque serperet eorum impietas, quam nemini unquam facile contingit ut emendet, praesertim apud peregrinos, qui non possunt intelligere scripturae sensus et ex sua antiqua consuetudine impietatem existimant pietatem. Est autem Armenorum schisma capitis expers multisque cum schismatibus coniunctum. Nihil valentes ex divinis litteris Armenorum principes probare preces ad me miserunt: „Primi reges monasterium illud dono nobis dederunt illa cum doctrina.“ Quibus respondi reges non posse concedere schismata. Tum, cum nullomodo rem explicare possent, tacuerunt. Sed tu meo mandatu expelle schismaticos et monasterium da orthodoxis et expulsos, qui iuxta ecclesiam esse voluerint, si modo subscriptione schismaticos anathematizent, nolite prohibere, sed benigne accipe; ignorantes enim sunt.“

4. Sic et ab antistite eius accepi litteras: „Pius noster rex dixit mihi: „Cur me de rebus ecclesiae vexatis? Nostrum est pro externis rebus esse sollicitos, cura vero ecclesiae et verae fidei episcoporum est. Scrutamini atque confirmate et me et terram.“

5. Ego autem vocavi principes Armenorum et multum eos sum allocutus, illi vero Caesaream praetexuerunt. Ego tamen: „Si vobis, inquam, Caesarea placeat, ite, habitate Caesaream. Neque enim permittimus manifesto schismatico in duabus urbibus habitare regalibus, Jerusalem videlicet Regis coelesti et nostra terrena. Sin vero de aliis regionibus (agatur), singuli episcopi, si neglegunt, damnantur.“ Tunc communica- caverunt Armeni et, si quis etiam nunc disideat, communicabit.¹

petit-fils de s. Grégoire), qui les fit bâtir, afin qu'on y prie pour la sauvegarde des Arméniens“ (Alishan, Übersetzung S. 25, 30 f.). Vgl. auch Kalankatwazi L. II c. 52.

¹ Vgl. Anastas Vardapet S. 31: „Dans la suite des temps, les patriarches de l'endroit, poussés par l'envie, troublèrent le bon ordre de ces couvents;

6. Sed tu secundum regis mandatum ordina monasteria mundasque urbes custodi. Ita et ego ordinavi, sicut rex iusserat, sed et alia monasteria, quae in urbe et quae extra (urbem) sunt, secundum ecclesiam ad ordinem redegi. Quamvis ego non desideraverim talia scribere, ut aliis imperarem, compulsus tamen sum, ut scriberem, audiens de epistola illa maligna Armenorum. Neque enim nobis, Domini timorem scientibus, o fratres, licet pigrari aut concedere. Dicit enim: „Horrendum est incidere in manus Dei viventis.“^a Speculatores enim dedit nos Deus domui Israel; si non annuntiaverit speculator neque locutus erit, sanguinem illius de manu eius requiram.“^b Nolite ergo, fratres, esse rei sanguinis illo die, quo deficiunt verba regnantque facta. Immo vero secundum Paulum, sicut supra diximus, „mundus sum a sanguine vestro; non enim superfugi, quominus vobis annuntiarem omnem voluntatem Dei.“^c Rogans dicebat hoc Paulus, sed etiam cum omni imperio dicit: „Argue, obsecra, exhortare cum omni imperio. Nemo adolescentiam tuam contemnat.“^d

6. Ita et sanctitatem tuam oportet custodire et docere creditos tibi a Deo greges omni cum diligentia, respicere in mandatum Dei et scrutari scripturas sanctas, sicut dicit Dominus: „Scrutamini scripturas et videte, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere“^e et apostolus iterum: „Quotidie, inquit, scrutantes scripturas et videntes, si haec ita se haberent“^f, neque vero sicut Armeni, qui non scrutantes Dei mandata ruerunt in praeceps et expulsi sunt ab unitate ecclesiae abscissique a gratia Dei. Vos igitur, fratres, sequimini sanctam ecclesiam et nolite declinari neque ad dextram neque ad sinistram habentes fidem sanctae ecclesiae, quam didicistis a sancto apostolo et ab eius discipulis ad nostra usque tempora incorrupte et infallibiliter. Etsi haereses factae sint multae in mundo, sicut

a Hebr. 10, 31.
I Tim. 4, 12. Tit. 2, 15.

b Ezech. 3, 17.
II Tim. 6, 2.

c Apg. 20, 26 f.
e Joh. 5, 39.

d Vgl.
f Apg.

et c'est pour cela que les princes arméniens, présentant à l'empereur Justinien(?) sept talents, c'est-à-dire 70000 pièces d'or, enlevèrent à la domination de ces patriarches tous les couvents arméniens.“

dicebat Paulus: „Nam oportet et haereses esse, ut et, qui probati sunt, manifesti fiant“^a et iterum Petrus: „Sicut, inquit, et carissimus frater Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis loquens multa difficilia intellectu in suis epistolis, quae indocti et instabiles depravant ad suam ipsorum perditionem“^b, nos tamen, sancta scilicet ecclesia, dominicam habemus vocem, quae dixit Petro, capiti apostolorum, dans ei primum fidei firmitatis ecclesiae: „Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae (infern) non praevallebunt adversus eam“^c, cui Petro etiam claves coeli et terrae dedit; cuius fidem ad hoc usque tempus secuti discipuli eius et doctores catholicae ecclesiae alligant atque solvunt, alligant malos et solvunt poenitentiam agentes, in primis vero sanctae et primae et venerabilis sedis eius successores sani in fide, infallibiles secundum dominicam vocem¹, quorum fidei professiones sunt, quae sequuntur:²

9. „Credimus in Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum, Deum verum; confitemur unam essentiam, id est unam naturam, tria supposita, tres personas, tres hypostases Patris et Filii et Spiritus sancti. Coniungimus deitatem, dominationem, sine principio virtutem, distinguimus personalitatem. Pater enim est Deus, creator, omnipotens, sine principio, sine causa, genitor non genitus; et Filius Deus est et creator et omnipotens et sine principio, cuius causa Pater, ineffabiliter Deus Verbum; et Spiritus sanctus est Deus, creator, omnipotens cum Patre Filioque, procedens, Spiritus sanctus et Paraclitus. Sic confitemur de deitate Patris et Filii et sancti Spiritus. De oeconomia vero Domini nostri Jesu Christi sic confitemur: Filium ante saecula de Patre inenarrabiliter genitum, novissimis autem diebus propter nos et propter nostram

a I Kor. 11, 19.

b II Petr. 3, 15 f.

c Matth. 16, 18.

¹ „Nos tamen. . . secundum dominicam vocem“ ist schon übersetzt bei Hurter *Ein Zeugnis aus dem 6. Jahrhundert für die Unfehlbarkeit des Papstes*. Z. f. kath. Theologie 1910. S. 218. Vgl. auch Salaville *Échos d'Orient* 1910. S. 171 f.

² Որոց հօմքն (= հաւաքն) են պսոքիկ (quorum greges sunt, qui sequuntur) des überlieferten Textes ist zu korrigieren in Որոց հաւաքն են պսոքիկ.

salutem incarnatum hominemque factum ex Maria sancta Virgine genitrice et factum hominem perfectum Deum verum et duas naturas, deitatis scilicet et humanitatis inconfusas conservavisse in una persona atque in una hypostasi, quae
 5 vocatur unus Dominus Jesus Christus, filius Dei viventis, passum et in carne crucifixum, immortalitate autem impassibilem.“

10. Hanc fidem unanimiter statuerunt sancti patres quatuor conciliorum, Nicaeni videlicet CCCXVIII episcopi et
 10 Constantinopolitani CL et Ephesini concilii CC et Chalcedonensis DCXXX sancti patres. Armeni tamen a Syris decepti sunt, qui e sancta ecclesia exierunt anathematizantes sanctum Chalcedonense concilium et ceciderunt in doctrinam Juliani Halicarnassei, qui et ipse ex germine est zizaniorum trium
 15 virorum Dioscuri et Eutychis et Theodori, qui uno tempore unam eandemque impietatem profitebantur. Qui tamen anathematizati sunt a concilio adversus eos celebrato. Dicebant enim illi: „Dominus de coelo carnem attulit neque quidquam a Virgine accepit, sed dumtaxat per eam transiit.“ Alii tamen
 20 ex his germinaverunt, Timotheus nempe Aelurus et Petrus Mongus, quos Alexandrinorum episcopos vocant, qui in exilium sunt pulsi propter pravam (suam) impietatem eiectique ex haereditate Christi, et iterum Caius et Severus¹ et Petrus Antiochenus et Julianus Halicarnasseus, qui nova quaedam indu-
 25 xerunt in doctrinam Eutychis, ut ad mala instructissimos se praeberent, et facti sunt causa perditionis sibi et regioni, quorum nugas, quibus nunc ab ecclesia abscissi sunt Armeni, exponemus.

11. Julianus Halicarnasseus impie ausus est dicere: „Caro
 30 Christi incorruptibilis ac immortalis erat usque ad crucifixionem; sicut post resurrectionem erat incorruptibilis et immortalis, ita etiam ante resurrectionem.“ Unamque professus est naturam Verbi et carnis Dei fecitque confusionem et per-

¹ Der Text ist hier verderbt. Für das überlieferte: Գայիոս եւս եղեք (Caius etiam portavit) lese ich: Գայիոս եւ Սեբեք. Vgl. meine *Textkritische Bemerkungen* (armen.) in der Zeitschrift *Handes Amsorya*. 1911. S. 177. § 26.

mixtionem¹ et negavit omnem spem fidelium per sanctam crucem effectam. Si enim immortalis esset et incorruptibilis caro Christi, sicut dixit, immortalitate negaret passionem et incorruptione resurrectionem. Ubi enim mors non est, ibi non est crux, et ubi incorruptio, ibi non potest esse de resurrectione sermo, quia resurrectio nos corruptibiles reddit incorruptibiles dicente apostolo: „Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem“^a, quia non eadem est corruptibilis natura atque incorruptibilis, sed dicimus: Soli naturae Dei convenit omnino incorruptibilem et immortalem et invariabilem esse, semperque est talis neque diminutionem patitur neque autionem; capax non est vitii aut corporalis passionis aut mortis; omnino enim incorruptibilis est Dei natura, id est: sanctae et adorabilis et consubstantialis Trinitatis secundum apostolum, qui dicit: „Regi saeculorum incorruptibili et invisibili, soli Deo honor et gloria in saecula“.^b Si vero dixeris: Nullumne dabitur Christo honorem plus quam nobis? hunc non nos demus Domino Christo, quia (eo) non indiget, sed secundum veritatem verbi dicimus: Excelsior nobis est caro Christi et similis nobis absque peccato, excelsior nobis impeccabilitate et unione facta cum deitate — inde enim adunatio dispensationis — et deinde divina et adorabilis. Passionum vero irreprehensarum nobiscum particeps (isque) omnino nobis erat similis usque ad salutiferam passionem et resurrectionem.²

12. Sanctum vero et oecumenicum concilium Chalcedonense anathematizaverunt Armeni, qui seducti sunt per Abdiesum Syrum et exierunt e sancta et catholica ecclesia.³ Dixerat quippe sanctum concilium Dominum nostrum Jesum Christum Deum perfectum et hominem perfectum, Deum verum et

^a I Kor. 15, 53.

^b I Tim. 1, 17.

¹ Statt des überlieferten: խառն անկումն ist zu lesen խառնակումն.

² Nicht ganz verständlich: Քանզի ի սմանէ միաւորութիւն տնօրէնութեան, և ապա աստուածային և երկրպագելի. իսկ ընդունելութեանն անխոտելի ախտ իցնլստ մեզ էր ըստ ամենայն:

³ Vgl. Ter-Minassiantz a. a. O. S. 47 f.

hominem verum et manifesto demonstraverunt (patres?) mysterium incarnationis. Quae sanctum concilium de dispensatione Domini nostri Jesu Christi dixit in sancta fide, eadem verba ita ponam¹: „Ergo sequentes nunc sanctos patres unum eundemque confiteri Filium et Dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus², eundem perfectum in deitate et perfectum in humanitate, Deum verum et hominem verum eundem ex anima rationali et corpore, aequalem³ Patri secundum deitatem et aequalem³ nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum secundum deitatem, novissimis diebus eundem ex Maria Virgine secundum humanitatem, unum eundemque Dominum Jesum Christum in duabus naturis unigenitum inconfuse, immutabiliter, indivise inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata naturarum differentia propter unionem magisque salva proprietate utriusque naturae et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, sed unum eundem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum.“ Hanc professionem de oeconomia Domini nostri Jesu Christi statuit sanctum Chalcedonense concilium, cuius⁴ litteras fidei misimus ad sanctitatem vestram.

13. Hi vero patres duas naturas dicentes non nova quaedam induxerunt in sanctam ecclesiam, sed quod a principio praedicatum erat a sanctis apostolis eorumque successoribus, a doctoribus ecclesiae, id aperte probaverunt. Dixerunt enim duas naturas unitas in Domino nostro Jesu Christo; dicunt indivisas, sed agnoscendas inconfusas; nam qui duas naturas nolit in Domino esse salvas, sed confiteatur unam tantum, alteram vere negat totaliter. Sed dicas: Quomodo possunt fieri duae? — Sicut scripturae dicunt, id est creati et increati. Caro enim erat creata, deitas vero increata, et ipse Dominus ostendit aperto duas in se naturas. Dicebat propalam de deitate:

¹ Wörtlich übersetzt. Die Stelle ist schwer verständlich.

² Statt: *ուսուցանեն* (*docent*) lese ich *ուսուցանեմք*.

³ Arm. Text: *Հաւասար* (*aequalis*), nicht *Համադրյ* (*ω[μ]ή[τ]η*) (*consubstantialis*).

⁴ Statt des überlieferten *զոր և* (*quam et*) ist zu lesen *զորոյ* (*cuius*).

„Ego et Pater unum sumus“^a et iterum: „Nolite mirari, quod filius hominis est, quia venit hora, in qua mortui audient vocem Filii Dei“ et sequentia^b. De humana vero natura: „Oportet (inquit) filium hominis multa pati“^c et iterum: „Cur quaeritis me hominem, qui veritatem vobis locutus sum.“^d Pariter 5 etiam praedicator mundi et apostolus duas Domini naturas in una persona designat dicens: „Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens“.^e Ergo ubi formam servi pones? Cuius negantes naturam audent dicere: „Immortalis crucifixus est“ et vocantur Pneumatomachi et Theopaschitae.^f Neque vero nobis licet vestigium Syrorum sequi, sed consequi (oportet) praecepta catholicae ecclesiae sanctae Resurrectionis.

14. Quamvis inscietur habeatis sensum sectae Dioscuro et 15 Antiocheni, qui: „Immortalis crucifixus est“ adiecerunt in vocem sanctissimae Trinitatis et simulantes regionem induxerunt in sensum sectae Eutydis, et quamvis multi nesciant matrem illius sectae, sed consuetudine (sensum eius) habeant, quemadmodum et vos, tamen oportet nobis auscultare laborantibus, monentibus: „Schismaticus est sensus vocis illius et non sunt (verba) ex litteris divinis (sumpta)“. Necesse est etiam vobis scribere: Post admonitionem, quicumque in ea doctrina permanet et conscienter schismata habentibus communicat, non ut ignorantibus indulget ei Deus die reprehensionis, sed cum schismaticis et 25 adversariis iudicat eum, illorum socium.

15. Oportet igitur vos audire Paulum dicentem istamque vocem laudare: „Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum“^g et iterum: „Jesus Christus praescriptus est crucifigi“.^h Hoc dicebat etiam beatus 30 apostolus Petrus: „Christo igitur passo in carne“ⁱ, „mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu“^j, et sanctum

a Vgl. Joh. 14, 11 f. b Vgl. Joh. 5, 27 f. c Mark. 8, 31.
d Joh. 8, 40. e Phil. 2, 6 f. f I Kor. 2, 2. g Vgl. Gal. 3, 1.
h I Petr. 4, 1. i Ebenda 3, 18.

¹ Wörtlich: *tortores Dei*. In monophysitischem Sinne Wiedergabe von griechischem *θεοπασχίται*.

evangelium ait: „Jesum quaeritis Nazarenum crucifixum“^a. Neque tamen quisquam dixit immortalem spiritum crucifixum atque mortificatum, sed solum Nazarenum, (nimirum id,) quod de nobis accepit et secum inseparabiliter coniunxit, et omnes
 5 scripturae¹ hoc sunt testatae: Christum carne sua passum et mortificatum, neque quisquam Manichaeice dicit immortalem spiritum passum et mortificatum. Multum enim favet schismati additio illius verbi. Itaque oportet nos sanctum consequi evangelium et non declinare aut ad sinistram aut ad dextram
 10 neque indigere hac nostra epistola, quia non decet ad veram fidem per vim adduci, sed sponte eam quaerere propter gehennae timorem. Ecce et in nostra urbe sunt Judaei et pagani, et quia vident lucem et palpant, nolentibus nos vim non facimus; est enim dies, qui quaerat et iudicet.

15 16. Sed audivimus de tua beatitudine te quoque bonum velle duasque accepisse epistolas a Macario et Eustochio² per pium et diligentem Thomam, cui opus non est, ut a vobis glorificetur aut extollatur, sed tantum propter salutem animae vestrae me oravit, ut scriberem secundum exemplum eorum,
 20 qui ante nos erant successores sedis Jacobi apostoli. Atque ideo non sum cunctatus de pietate vos docere pietatem volentes. Neque solum nostram misimus (epistolam), sed etiam causas quattuor orthodoxorum conciliorum scribi iussimus, ut sciatis, adversus quas haereses fuerint congregata
 25 et quid constituerint. De additione vero Antiocheni mandavimus scribi (epistolas) beatorum quattuor antistitum, Romanorum scilicet et aliorum in fide rectorum episcoporum, qui haereses Antiocheni testimoniis scripturarum convicerunt. De haeresi autem Juliani Halicarnassei, qui carnem Christi a

a Matth. 16, 6.

¹ Wörtlich: *omnia mandata*.

² Die Schreiben des Eustochios und Makarios sind noch nicht entdeckt. Ein an Verdanes von Siunikh (558—588) gerichteter Brief des letzteren ist fälschlich als an den Katholikos Verdanes (333—341) gerichtet dem Makarios I (312—335) zugeschrieben bei A. Mai *Script. Vet. N. Coll.* X 2. S. 270 ff. und im „Buch der Briefe“ S. 407—412. Vgl. darüber P. N. Akinian *Der Katholikos Kyrion der Georgier*, Wien 1910 (armen). S. 98.

nostra natura abalienavit et incorruptibilem usque ad crucifixionem nominavit, [de hac quoque haeresi] scribi iussimus beatorum episcoporum, Romanorum videlicet et Antiochenorum archiepiscoporum et cum illis etiam Cyrilli archiepiscopi epistulas, qui sectas Nestorii convicit. Has omnes a Thoma laboris amico¹ (in sermonem Armenium) verti scribique iussimus et ad tuam mitti pietatem, ut non solum mea epistola, sed etiam eorum, qui praestantiores me sunt, epistolis (innisus) coëpiscopos tuos doceas, quae epistolae convenientibus verisque testimoniis sunt comprobatae ex evangelio sancto et ex apostolo, si quis eas cum timore Dei velit accipere. Tu vero noli occultare aut depravare veram ecclesiae doctrinam.

17. Multi sunt de crucifixione Christi hymni, qui crucifixum Christum appellant, verum in ordine sanctae Trinitatis vox „passum“ et „mortificatum“ non ad Christum crucifixum spectat, sed ad incorporalem et immortalem animam. Ergo mentiuntur, (cum dicunt) nos tria illa² de Filio dicere.

Vox angeli nota est et priorum patrum orthodoxorum et quattuor conciliorum, qui sanctum Deum dixerunt Patrem, sanctum fortem Filium et sanctum immortalem Spiritum sanctum. Sed etiam in evangelio sancto idem invenitis: „Baptizate euntes mundum in nomine Patris“ et postea: „Filii“ et postea: „Spiritus sancti“.^a Neque igitur quidquam ad tres illas voces adiecit, neque carnem neque animam neque crucem neque passionem. Nam illa doxologia seraphim est (et) ante incarnationem filii Dei est (dicta), ut ex Isaia propheta didicimus. Ubi vero Filius tantum laudatur, ibi, sicut volueris, memento incarnationis, et crucifixionis et passionis et coniunge crucem cum nomine Domini nostri Jesu Christi, filii Dei, qui crucifixus est et passus et sepultus et resurgens ascendit in coelum a Patre inseparabilis. Si quis tamen de improvviso controversiam moveat, eum post unam et alteram

a Vgl. Matth. 28, 19.

¹ Wörtliche Wiedergabe von griechischem φιλόπνοος

² Nämlich das: ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος.

correctionem devita sciens perversum esse (eius modi hominem).^a Neque enim liberum arbitrium hominis Deus aut ad bona aut ad mala compulit neque (id asserit) quisquam ex prophetis spiritu divino afflatis sive apostolis, quia dicit: „Dimisi eos
 5 secundum desideria cordis eorum; ibunt in adinventionibus suis^b et deinde veniunt ad me et ego iudico eos.“ Ita nos quoque in urbe nostra pietatem nolentes non compellimus, sed solum servos ecclesiae pios corrigimus. Idem etiam tuam beatitudinem oportet facere. Nolentes lucem pietatis eiciuntur
 10 in tenebras schismaticorum.

18. Sed audivimus quosdam ex tua ecclesia adversus pios angustias persecutionesque excitavisse. Ea impietas est regum paganorum, qui confessores Christi ad sacrificeationem coge-
 bant, et vos auscultetis et indulgeatis eiusmodi impietati et
 15 impietatem eorum participetis? Absit! Sed multo cum imperio debes reprehendere eos, ut ab eiusmodi impietate desistant. Neque enim tales sunt ecclesiae custodes, sed lupi violentes. Non oportet pietatem tuam sine magna diligentia manum imponere. Audivimus enim te habere ingenium et
 20 scientiam et honorem et dilectionem multumque apud reges valere, et potes omnino os obstruere (clericis) a te ordinatis, qui inemendabiliter ambulant et non secundum mandata sanctorum apostolorum et evangelistarum et orthodoxorum quatuor conciliorum, quorum recta fide splendide florescit ecclesia.
 25 Aliis vero, saecularibus, placide necesse est praedicare notamque facere pietatem, ne dicant: „Nesciebamus et non docuistis“, post vero testificationem (eos) dimittere „secundum desideria cordis eorum“^c, sicut scriptum est, ut „inexcusabiles“ iudicentur a iusto iudice.^d

30 Haec omnia non docere, sed in memoriam revocare volebam. Vale in Domino, o bone comminister noster. Nos quoque per misericordiam Dei valemus.

a Vgl. Tit. 3, 11.
 Röm. 2, 1.

b Ps. 80, 13.

c Röm. 1, 24.

d Vgl.